Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8408
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

.V.

aial detegunt. Si ergo uolumus sanari necesse nobis est
confiteri. Nam et eger medicum querit sibi uulnus
ostendit et causam uulneris diligenter exponit. Nam
et est quoddam genus serpentis quod diu bibere aquam ua
dit prius et uenenum euomit. Medicus autem solli
cite obseruat et instat et suis ferramentis ad hoc
aptis uulnus palpat ut quantum sit latum quam profun
dum inveniat. Que si os bullatum non habuerit ut
educta putredo foris possit, ipsum ferro uel aliquo
medicamento aperit ut nihil latere medicum possit
nec eum lateat aliquid putredinis quod salutem
impediat egrotantis. Sic nobis est aperiendum ut nul
lum peccatum nostrum lateat medicum anime si perfec
tam uolumus inuenire anime antidotum. Nam si aliquis
decem ictus mortales haberet quid ei ualeret si quis
nouem deponens eum curaret si unum illud relinqueret
quod solum ad occidendum sufficeret. Dato etiam
quod esset una aliqua medicina que omni morbo esset
contraria. Ita quod morbum omnem curaret illi apposita nec
unus sine altero uel sine omnibus possit esse curatiua ne
cesse haberet paciens plura uulnera uel manifes
tare omnia. Et accipe medicinam uel curam unquam una
sola plaga celata eo quod medicina illa non curat unam
sine alia. Et sic est omnino de gratia quod sic omni mortali culpe
est contraria ut uel omnem uel nullam expellat ab anima.

De Satisfactione operis : Rubrica :

Post contricionem cordis et confessionem oris .X.
sequitur satisfactio operis. Valde enim rationi consonum
est ut postquam ad medicum accessisti et uulnus
tuum illi aperuisti ut eius imperiis acquiescas si curari
desideras. Nihil enim ualet medicum aduocare apos
tema illi ostendere. Et in apponendo remedio illi
nulli parere. Necesse enim habet medicus in suo uulnere
tastam conuenientem immittere carnes putridas cor
rosiuas uel gladio remouere dolorem dolore curare
nec ergo parcere ut eum possit sanare. ymo si aliquid